#### Dissertatio medica inauguralis, de lacte ... / [Thomas Young].

#### **Contributors**

Young, Thomas, -1783. University of Edinburgh.

#### **Publication/Creation**

Edinburgi: Hamilton, Balfour, et Neill, 1761.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/emvqymyk

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

# DISSERTATIO MEDICA IN AUGURALIS,

DE

## LACTE:

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex auctoritate Reverendi admodum Viri,

## D. JOANNIS GOWDIE, S. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE decreto;

Pro GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

## THOMAS YOUNG, A.M. BRITANNUS.

In hac Academia Artis Obstetriciae P.

Ad diem 30 Novembris, hora locoque folitis.

EDINBURGI:

Apud Hamilton, Balfour, et Neill,

Academiae Typographos.

M DCCLXI.

DISSERTATIO MEDICALISTINA V. G. U. M. L. I. S.

D B

E A C T E

MAUS

ARRESENTE SERVICO NO SEL

the silitarists Revenuell administration of

DESCRIPTION NO S COUNTY OF THE S. T. P.

The standard English and all and descen-

40% 500

spring abq pater of

Transport of the second and the second secon

Marie M. A. L. Marie Corne Associate

the beer schole at Marie Classicale

Administration of Authority of Authority

T. State or Man Mary

THE PART OF

VIRO ILLUSTRISSIMO NOBILISSIMO,

# JOANNI Comiti de BUTE,

Gr. &c. &c.

Uni E PRIMARIIS STATUS SECRETARIIS,

NEC NON.

REGI A CONSILIIS SECRETIORIBUS:

CUI

BRITANNIA, LITERA, ARTESQUE LIBERALES,

MULTUM JAM DEBENT

PLUS OLIM DEBITURÆ:

HANC DISSERTATIONEM

ED QUO PAR EST OBSEQUIO.

D. D. C. Q.

THOMAS YOUNG.

A CHIERIPIACH OMIZETURES !

# IUUAOT

COMITTING BUTE

16 16 39

TIER PRINCIPLE STRAFFE DECEMBER

NO 7 234

Book and Constitute because of the

1 4 5

designation of the second of the second

TERRELE MEN CONTON

to average who end

to an ment of a security to the life

orner to war zer out the

- TO STORE

O KUNY TAMONIA

## DISSERTATIO MEDICA

DE

## LACTE.

## PROOEMIUM.

INTER varias classes, in quas distingui solet, materia medica nulla invenitur, quae medici attentionem magis meretur, quam ea quae de alimentis agit.

Corpora enim nostra constant ex ingestis, quae vasorum et viscerum actione cocta, et elaborata, omnes partes, sive sluidas, sive solidas, sustinent, nutriunt, et reparant, adeoque diversa hominum temperies, saltem humorum indoles, magna ex parte pendere debet, a qualitate alimentorum quibus vescuntur.

INTER haec autem Lac primum locum sibi vindicat, quatenus infantibus recens natis alendis, solum sufficit; et licet in horum A gratiam, gratiam, a natura imprimis paretur, adultis etiam plurimum infervit.

In Lacte etiam fingularis et admiranda plane virtus inest medicinalis, qua de causa, medici usum ejus merito commendant.

Non itaque Academiae instituto, nec muneri mihi demandato, alienum videtur, si hac occasione, de Lactis natura, in diversis animalibus, et ejus usu, tum alimentari, tum medicinali, pauca proferam; antequam vero rem ipsam aggrediamur, haud inutile erit, de ejus secretione, prius pauca praesari.

## DE LACTIS SECRETIONE.

In animalibus viviparis fere omnibus, tuni femellis, tum maribus, adfunt corpora glandulofa, vulgo mammae dictae, quae in gravidis, puerperis, et recens natis, Lac fecernunt.

HAE, omnium glandularum laxissimae, minimeque resistentes sunt, utpote extra co-stas et musculos sitae, vicinis nullatenus compressae

compressae, mollissima pinguedine involutae, et cute facile extensili tectae.

As aliis glandulis, usque adeo differunt, in munere suo sungendo, ut quum hae, constante quodam et aequabili ritu, humores suos plerumque secernunt; mammae, e contrario, etiam in seminis conceptui aptis, plerumque siccae siant, sed in parturientibus, numquam non turgeant, ut nimirum, praesto sit alimentum, proli recens utero exclusae, omnino accommodatum, quae cum imbecillis, et inops sit, neque victum quaerere, neque idoneum adeo invenire valet.

PHAENOMENON hocce omnibus quidem fatis constat; at causa, unde Lac opportuno illo tempore semper adveniat, quum alias fere semper absit, non adeo liquet.

Lucem vero aliquam huic rei affundere videtur, insignis ille consensus, et commercium, quod inter uterum, et mammas, celebratur. Hinc iisdem morbis saepe afficiuntur, hinc instantibus menstruis, tument, plerumque et dolent mammae, sic etiam in gravidis, et puerperis.

HOCCE

Hocce commercium pendere videtur ex aperta, et satis nota vasorum sanguiserorum communicatione. Arteriae certe epigastricae ramos emittunt, quorum alii uterinis conjunguntur, alii sursum exporrecti, anastomose conspicua, cum mammariis coëunt, ut sacile ex his, in illas, et vicissim transfundi possit humor; hinc sit, ut occasione data, mammae vel majore, vel minore sanguinis copia, irrigari possint.

Opinioni de usu hujus anastomosis plurima favent; primo quodcumque vasa epigastrica comprimit, mammas afficit: hujus rei historiam notabilem refert cl. T. Bartholinus, herniosi juvenis, cujus mamma vicina, toties intumescere coepit, quoties vinculum, quo coërcebatur hernia, arctius strictum erat, ob compressam arteriam epigastricam; eodem modo, simul ac uterus gravidus abdomen distendere incipit, haec vasa comprimuntur.

2do, EA quae gravidis, puerperis et recens natis accidunt.

INGENS nempe fanguinis copia, ad uterum gravidum fertur, ibique accumulatur, vafa vicina dilatat, et maxima copia ruit in eas partes, quae prae debilitate, ejus influxui minus refistunt; tales sunt mammae, uti jam monstravimus: hinc tempore graviditatis, mammae tument; post partum vero, dum sluxus lochiorum manat, vasa epigastrica non adeo dilatantur; hinc mammae detumescunt, suppresso hoc sluxu iterum tument.

ITA in recens natis, funiculo umbilicali ligato, fanguis, per arterias umbilicales, amplius transire non potest.

MUTATA itaque jam tota circulationis ratione, sanguis a solitis viis repulsus, vasa vicina magis replet, arterias scilicet hypogastricas, iliacas externas, epigastricas et mammarias. Hinc in mammis recens natorum, paucis post partum diebus, Lactis secretio sit; aliquando etiam in his, impetus sanguinis in vasa vicina adeo fortis est, uti vasa uterina distendat, et sluxum uterinum praebeat. Hujus duo vidimus exempla, patet etiam actis Parisiensibus, anni 1708.

Ex dictis constat, Lactis secretionem pendere, ex peculiari sanguinis derivatione, per vasa epigastrica ad mammas, atque hoc sieri, etiamsi nulla in toto corpore adsit plethora. Hoc plurimis argumentis confirmari videtur; patet, non omnes gravidas plethoricas esse, multo minus puerperas, et recens natos, quae, per aliquot dies post partum, parum nutrimenti accipiunt, multum sanguinis semper perdunt, et tenui victu ali debent; tamen in his omnibus, mammae Lac secernunt: praeterea, non desunt plurima mulierum exempla, quibus, quamvis paucis post partum diebus, praeter solitas evacuationes, aliquot sanguinis librae detractae suerunt, tamen mammae Lac copia ad soetum alendum sufficiente suppeditare pergebant.

NUTRICES etiam, saepe satis Lactis habent, sine ullis plethorae signis; uti illustratur cl. Simsoni experimento, nuper mecum communicato. Nutrix bis ponderata, intra breve temporis spatium, sex nempe septimanas, etsi interea sedecim libras perdiderat, valetudinem bonam cum infante retinuit, magnamque Lactis copiam habuit.

FORTASSE etiam occulta quaedam nervorum sympathia ad hoc conducere potest. Nam papillae titillatio, saepe partes genitales afficit. LACTIS secretionem per mammas, multum promovet, suctio per papillam, adeo ut raro, in magna copia inveniatur, nisi post repetitos suctus. Si medicorum valeat auctoritas, suctu, lactantes evadunt etiam mammae virorum et virginum \*.

Lac saepe mammas relinquit, uti patet multis post partum exemplis: oportet igitur, infantem tempestive mammis admovere, ad Lactis copiam augendam; prodest etiam mammarum obstructiones, inflammationes, abscessus, &c. post partum praevenire. In Nosocomiis pro receptione gravidarum institutis, infanti mammam maternam viginti et quatuor horis post partum praebent, et vix duae, inter 1400 puerperas, morbis mammarum laborant; antea vero, ubi raro ante diem quartum, infantem matri admovebant, frequentissime acciderunt tales morbis.

HAC methodo, ductus lactiferi sensim aperiuntur, et Lac in mammis secretum, facile transire sinunt; ob eandem rationem, fortasse necessarium erit, non solum papillam, ali-

quot

<sup>\*</sup> Vid. Haller, praelect. vol. 6. p. 274. Russel de aqua marina, p. 36. De Graaf de organ. vir. p. 126.

quot ante partum diebus mundare, sed etiam cam sugere, uti hoc modo, orisicia vasorum lactiferorum, melius aperiantur. Sed de Lactis secretione, jam satis diximus, nunc ad hujus dissertationis argumentum properemus.

## PARSI.

## CAPUT I.

DE LACTIS VACCINI NATURA ET INDOLE.

VARIA Lactis genera, quibus in hisce regionibus vescimur, in duas classes, redigi possunt, scilicet in Lac animalium ruminantium et non ruminantium; illud usui oeconomico, hoc medicinae magis inservit.

ALTERAM classem efficient, Lac vaccinum, caprinum, ovillum. Alteram vero humanum, asininum, equinum.

INCIPIENDUM est cum Lacte vaccino, quia hoc omni anni tempestate obtineri potest,

test, et usui quotidiano melius adaptatur, quam Lac caprinum, vel ovillum.

Dissertatio nostra, in duas partes, apte satis dividi potest; in prima, de natura, et indole Lactis in diversis animalibus, in altera, quatenus pro nutrimento, vel medicina inservit, paucis agendum est.

Lac est liquor albus, opacus, blandus, a glandulis mammariis secretus.

## SECT. I.

De spontanea Lactis vaccini separatione.

Lac vaccinum in idoneum vas receptum, et in aëre mediocris temperiei, per aliquod tempus detentum, sponte in tres partes separatur, scilicet cremorem, caseum, et serum.

## S E C T. II.

De Lactis vaccini cremore.

STAGNANTE Lacte per aliquot horas, oleofa ejus pars separatur, quae in Lactis supersicie natat, et vulgo cremor dicitur. Sola ejus levitate ascendere videtur, atque hoc sit, tam cito sub antlia pneumatica, quam in aperto cubiculi aëre; neque acidis, alcalinis, neque alcahole, impeditur, nisi magna copia cum Lacte misceantur.

CREMOR Lactis, non omnino ex oleosa parte efficitur; multum enim mucilaginosae, sive casei, et serosae partis, continet; nec sacile est eas partes omnino separare, nam quod butyrum dicitur, ex his omnibus componitur.

CREMORIS Lactis copia, varia est.

1mo, In variis animalium generibus.

2do, In diversis animalibus ejusdem speciei.

3tio, In eodem animali, diversis tempo-

HÆC ex idiofyncrasia, a pastu, ex tempore a partu, multum pendent.

1mo, In variis animalium generibus; sed hoc postea melius patebit sub finem cap. septimi.

2do, In diversis animalibus ejusdem speciei, cremoris, uti etiam Lactis, copia varia est.

Inter vaccas quaedam sunt, quae, plus quam sexaginta Lactis libras quotidie demit-

tunt;

tunt; dum aliae vix octavam hujus partem exhibent. Eodem modo, in quibusdam vaccis cremoris copia varia est; major in iis vaccis, quae parum Lactis praebent, pro portione quantitatis, quam in his quae majorem Lactis copiam quotidie esfundunt.

VACCE insulae Sarniae, et Ebodiae, non multum Lactis praebent, sed Lac dimidiam saepe partem cremoris continet; in aliarum vaccarum Lacte, vix duodecimam cremoris partem invenies.

3tio, In eodem animali, diversis temporibus, cremoris copia differt, hoc ex pastu multum pendet.

Mensibus Maio et Junio copia Lactis major est, quia tunc optimum est gramen; hieme vero, dum foeno pecora nutriuntur, multum diminuitur, etsi cremoris quantitas pro portione major est.

Color, et sapor lactis cremoris, multum mutatur, variis graminibus, uti patet slavo colore cremoris aestate, et albo hieme, et multis aliis exemplis.

OPTIMUM praebet Lac gramen, quod per multos annos inaratum relinquitur, Anglice old pasturage,

pasturage: hujus Lactis sapor, multo gratior est, quam a trisolio pratensi: ingratissimus est a quibusdam herbis, scilicet allio latisolio palustri, mentha sylvestri, thlaspi ligustico.

Sonchus pedunculis squamosis, sloribus racemosis rangiferorum Lac deturpat.

CL. STENO C. BIELKE observationibus hoc illustrat. Umbellatas etiam plantas, plurimas item dydynamias et tetradynamias, Linneanas, Lactis saporem mutare narrat \*.

CREMORIS quantitas, etiam varia est in Lacte ejusdem animalis, eadem vice emulcto, uti sequens experimentum docet.

VACCAM mane emulgendam curavi, quae una vice, libras octo reddidit; primas quatuor libras, in vas ligneum separatim seposui, reliquam Lactis partem in aliud immisi; utrisque vasis per triginta et sex horas relictis, cremorem collegi, et in cirnea vitrea separatim in butyrum agitavi.

PRIMI Lactis cremor, butyri sesquiunciam, alterius vero uncias quatuor reddidit.

IDEM experimentum feci, cum Lacte vaccae, quae una vice duodecim libras exhibuit, quibus

<sup>\*</sup> Acta acad. Reg. Sueciæ scient. vol. xi.

quibus in tres partes divisis, sequente proportione butyrum inveni.

In prima, butyri - - drach. viii.
In fecunda - - - drach. xiii. s.
In tertia - - - - drach. xvii. s.

IDEM experimentum institui, cum Lacte vaccae, quae una vice sedecim libras Lactis demisit, quibus in quatuor partes divisis, et separatim sepositis, sequente proportione butyrum inveni.

In prima - - - - drach. vi.
In fecunda - - - - drach. xiv.
In tertia - - - - drach. xxii.
In quarta - - - - drach. xxiv.

Hocce phaenomenon, haud facile est explicare; primo intuitu, ex Lactis in mamma positione pendere videtur, et quod levissima Lactis pars, ad superiorem mammae partem ascendit; sed hoc sieri non potest, quia eadem in feminis accidit varietas, ubi papilla potius est pars superior, fortasse ex vasis absorbentibus copiosioribus, in vasis lactiferis, prope sundum mammae, quam prope ejus papillam \*.

Hinc ratio patet, cur medici, teneris saepe praescribant, quod in hac regione Afterings, Anglice, Strippings, vulgo dicitur.

In Devonia singulari methodo utuntur, ad Lactis cremorem colligendum, ope scilicet caloris.

PRIMO Lac recens in vasis aeneis, aliquando sictilibus ponitur, ibique per duodecim horas manet; tunc vasa Lacte repleta supra ignem imponunt, donec Lac in vase ascendere incipit; tunc iterum eadem vasa in lactarium seponunt, per aliquot horas, antequam cremorem a Lacte separant.

Ex hactenus dictis patet, proportionem cremoris, in data Lactis quantitate, determinare
difficile esse; hoc enim variat, in diversis animalium generibus, etiam in animalibus ejusdem

<sup>\*</sup> Hoc modo videmus, quam facile in Lacte investigando falli possumus; nam spissius vel tenuius inveniemus, uti mammae Lacte plus vel minus turgent.

justdem speciei, immo in eodem animali, diversis temporibus.

## CAPUT II.

DE LACTIS IN BUTYRUM AGITATIONE.

EX oleosa Lactis parte, butyrum persicitur, quomodo autem hoc a reliqua Lactis parte separetur, explicatu haud facile erit.

Multi crediderunt butyrum factum esse fermentatione quadam, et aëris separatione; sed sequentia experimenta hujus contrarium demonstrant.

CREMORIS Lactis selibram, in cirnea vitrea, ex qua aër exhaustus erat, misi, et butyrum eodem temporis spatio, quo in cirnea aëre plena perfectum erat, scilicet intra duodecim minuta, aliquando citius, aliquando tardius.

### Cum acidis.

CREM. LACT. unc. viii. cum acet. vin. alb. gutt. lx. eodem modo tractavi, et intra decem

decem minuta, butyrum perfecte separatum suit; et Lac ebutyratum, chartam succo caryophillorum imbutam, rubro colore tinxit.

## Cum alcalinis fixis.

CREM. LACT. unc. viii. et ol. Tart. per deliquium gutt. xx. intra sedecim minuta butyrum persecte separatum suit. Idem experimentum seci cum ol. Tartar. gutt. centum, intra quatuordecim minuta, cum eodem successu, et Lac ebutyratum viridi colore chartam tinxit.

IDEM exp. cum ol. Tartar. gutt. cc.; et intra decem minuta, butyrum perfectum fuit. Aliud exp. cum eadem cremoris quantitate et aq. calc. unc. iv. et decem minutorum spatio butyrum perfectum erat.

ALIUD cum crem. Lact. et aq. calc. aa. p. a. et butyrum uti solito persectum erat; sed moleculae non adeo sirmiter inter se cohaerebant.

## Cum Alcalinis volatilibus.

CREM. LACT. unc. viii. sp. sal. Armon. fort. gutt. 600 in cirneam immisi, intra 14 minuta butyrum persecte separatum suit.

## Cum Spiritu ardenti.

CREMOR. LACT. unc. viii. sp. vin. Gallic. fort. unc. iv. in una cirnea misi, intra octo minuta butyrum persectum erat.

## Cum Salibus neutris.

CREM. LACT. unc. viii. fal. Nitr. drach. iii. agitavi, et solito tempore, in buty-rum converti.

IDEM exp. cum sal. communis drach. vi. repetivi, eodem cum successu.

### Cum Saccharo.

Solita cremoris Lactis quantitas, cum Sacchari albi sesquiuncia mixta, brevi in butyrum convertebatur.

BUTYRUM efficere saepe conati sumus,
Lactis cremori aquam frigidam in magna
copia addendo, ut hac methodo pars mucilaginosa

ginosa ab oleosa ablueretur; sed post repetitas ablutiones, experimentum semper frustra tentavimus.

AGITATIO Lactis in butyrum, nimio calore, vel frigore praevenitur, uti bene norunt Lactariae.

His experimentis patet, quod fola agitatione, oleosa pars Lactis, a caeteris separatur, et in butyrum convertitur. Neque multa agitatio semper necessaria est, si prius Cremor a Lacte bene separetur, uti probant nostra experimenta, et methodus Devoniensis, ubi cremorem Lactis in dolium ponunt, et manibus subigunt, donec in butyrum convertitur, quod plerumque brevi sit; semperque inveni, quod cremoris in butyrum agitatione, quatuor Caloris gradus solummodo generabantur.

Proxime, de mucilaginosa parte Lactis, sive caseo, dicere debemus, uti vero a reliquis Lactis partibus, sine coaguli ope, vix obtineri potest; melius erit, pauca de variis coagulis in hoc loco dicere.

## CAPUT III.

DE LACTIS COAGULIS.

## SECT. I.

COAGULA Anglice Runnets, vel ex animalibus, vel aliquando ex vegetabilibus, parantur. Liquor in ventriculo contentus, et ipse ventriculus, omnium fere animalium, Lac coagulant, sive omnino vegetabilibus, sive animalibus, nutriantur; contra eorum opinionem, qui ventriculos paucorum solummodo animalium, hac potestate gaudere existimaverunt.

Experimentum feci cum ventriculis Gallinae, Anseris, Anatis, Gallinae Numidicae, Perdicis, Leporis, Cuniculi, quae omnia vegetabilibus fere solis vescuntur; cum ventriculo etiam Anseris Bassani, avis marinae, quae in quibusdam Scotiae insulis habitat, et piscibus omnino, praecipue halecibus nutritur,

tritur, Idem experimentum feci cum Accipitris ventriculo.

Hanc potestatem Lac coagulandi, etiam possident ventriculi Vituli, Agni, Haedi, Ovis, Bovis; in ruminantibus quartus solummodo ventriculus hac virtute gaudet; avium etiam ingluvies hac potestate caret. In animalibus abortivis, et etiam in recens natis antequam ullum cibum accipiant, succus gastricus vim coagulandi possidet, ut et ipse ventriculus.

Hoc expertus sum in ventriculis Vituli, Foetus humani, et Cuniculi recens nati, antequam ullum alimentum sumpsissent.

Pisces quidam vivi etiam Lac coagulant; si vero mortui sunt, sive crudi, sive cocti, non hac potestate gaudent; inter vegetabilia nihil inveni, quod Lac coagulat praeter slores purpureos cinarae, in aqua frigida insuso, cum pauxillo salis communis, per quadraginta et octo horas, hujus liquoris guttae decem, vel duodecim, cum Lactis recentis et calidi unc. ii. mixtae, statim Lac, eodem modo ac succus gastricus animalium, coagulant.

NEC cinarae folia, nec ulla alia ejus pars, eodem modo tractata, vim coagulabilem poffident,

fident, immo quod magis mirum est, si flores, in aqua bulliente, loco aquae frigidae, vel tepidae, insusi sunt, hanc coagulandi potestatem, omnino perdunt; tamen hicce liquor, ex aqua frigida praeparatus, Lac sere bulliens, magis fortiter coagulat, quam Lac calidum vel tepidum.

Hoc experimentum bene demonstrat, quantum vis cujusvis plantae, mutari possit, nimis calida infusione.

PLURIMA alia vegetabilia eodem modo tractavi, scilicet slores purpureos cardui vulgaris, et Jaceae, succum acetosae, sed ne vel minimam vim coagulantem possidebant.

CL. Jussieut duas plantas describit, scilicet Gallium saxatile supinum, molliore solio, et Gallium saxatile minimum supinum et pumilum, quae Gallis vocantur Caille lait, Anglice Cheese runnet, eas etiam diligenter examinavi, sed hac potestate praeditas esse, haud inveniebam. Uti succus gastricus in omnibus animalibus hac potestate coagulante gaudet, probabile est, hunc liquorem digestioni multum

multum inservire, et hoc desiciente, vel in nimis parva copia existente, digestionem laedi; tunc fortasse, coagula optima stomachica aliquando inveniri possint.

Vis coagulaus in ipfo ventriculo fortior est, quam in ejus contentis, uti sequente experimento patet. Ventriculi Vituli grana 96 in unum poculum misi, in aliud simile pondus casei, intra eundem ventriculum contenti, quibus singulis aquae fontanae frigidae sesquiunciam affudimus, et per tres dies reliquimus; tunc liquoribus colatis, ex ipso ventriculo guttas tres invenimus, eandem lactis quantitatem coagulavisse, ac guttas viginti liquoris ex ventriculi contentis.

ALIUD experimentum fecimus, quantum haec vis coagulans dividi posset, monstrare. Ventriculi scilicet Vituli sicci grana triginta et tria, in poculum cum aquae fontanae frigidae unc. iv. miscuimus, et per tres dies reliquimus; tunc liquorem colavimus, etiamsi putridus suit, tamen 121 Lactis libras coagulavit, portio vero haec ventriculi iterum siccata, ponderis ejus grana quatuordecim solummodo perdidit.

HACTENUS

<sup>\*</sup> In libra una 16 fuerunt unciae.

HACTENUS de coaguli in genere diximus; nunc quomodo in Lac agunt inquirendum est.

## S E C T. II.

## De Lactis Coagulatione.

UT varia Coagula facilius in Lac operari possint, requiritur certus caloris gradus, vix infra septuagesimum, neque centesimum multum excedere debet, thermometro Farenheitiano; nam plurimis experimentis comperimus, Lac, ultra centum et triginta gradus calesactum, numquam coagulavisse, ab admisto, coagulo animali; contra coagulum vegetabile, uti antea dictum suit, fortius Lac bulliens quam Lac tepidum coagulare.

Coagulum Lactis magis vel minus firmum est, pro coaguli quantitate, et caloris gradu, ita ut si accurate experimenta de Lactis coagulatione quisnam facere vellet, thermometro institui debeant.

SECT.

Thermometro Farenheitiano semper usi fuimus.

## S E C T. III.

Coagula varia, in Lac, aciditate sua agere existimabantur; sed hujus contrarium sequentia experimenta probant.

COAGULI\* animalis guttas viginti, cum fp. sal. vol. armoniac. fort. gutt. quinque mifcui, mixtura plane alkalina fuit, et chartam succo caryophillorum recentium imbutam, viridi colore tinxit.

Hæc vero mixtura, Lactis recentis et tepidi uncias duas, statim coagulavit.

IDEM exp. feci, cum coaguli gut. lx. et fp. fal. armon. gutt. xx. et Lac coagulatum fuit; etiamfi tres guttae alkalini volatilis, cum coaguli guttis lx. mistae sufficerent, mixturam plane alkalinam reddere.

Hæc experimenta satis probant, alkalina cum coagulis mixta, vim coagulandi non destruere, nisi

<sup>\*</sup> Coagulo animali semper intelligitur infusio ventriculi vituli in aqua frigida, coagulo vegetabili slorum cinarae infusio.

nisi in magna copia, uti sequens experimentum monstrat. Nam coaguli guttas duodecim cum sp. sal. armon. guttis octo, et solita Lactis quantitate miscui, sine ulla coagulatione.

## SECT. IV.

De mixtura coaguli et acidorum cum Lacte. .

ACIDA varia coagula fortiora reddunt, uti nunc demonstrabimus.

Novi et tepidi Lactis unc. ii. coag. animal. guttas iii. et suc. limon. gut. vi. addidi; simul mixtis Lac brevi coagulatum suit.

IDEM exp. fine succo limonum feci, fine ulla Lactis coagulatione.

Hæc duo exp. fecimus, cum coagulo vegetabili, eodem cum fuccessu.

In sex pocula coagulum animale misi hac proportione. Primo, Guttas iv; 2do, Guttas vi; 3tio, Guttas viii. Singulis suc. limon. gutt. iii. addidi.

In omnibus his poculis Lac coagulatum fuit, magis magisve, pro coaguli quantitate.

IN

In tribus reliquis, eadem experimenta, fine fucco limonum, instituimus; in primo et secundo poculo, nulla adfuit coagulatio, in tertio coagulum adfuit, sed mollius quam in primo poculo cum succo limonum.

## SECT. V.

De mixtura coaguli et alcaholis, cum Lacte.

ALCAHOLIS tanto vim coaguli debilitat, quanto fucco limonum ejus vis augetur.

Pocula octo, Lacte calido plena, sumpsi; in horum quatuor, alcaholis guttas iv. singulis poculis misi; 1mo, Coaguli animalis totidem guttas; 2do, Gutt. vi; 3tio, Gutt. viii; 4to, Gutt. x. addidi.

In primo nulla sequebatur coagulatio.

In fecunda vix ulla.

In tertio Lac brevi coagulatum fuit.

In quarto satis brevi et sirmum fuit coagulum.

QUINTO sex guttas coaguli, sine alcahole.

Coagulum aeque firmum ac in poculo quarto, ubi decem coaguli guttae adfuerunt.

SEXTO

Sexto coaguli et alcaholis aa. gutt. x. mifi, fine ulla coagulatione.

IDEM exp. feci fine alcahole, et firma fuit coagulatio.

OCTAVO xii. coaguli guttas, et alcaholis guttas xx. cum eadem Lactis quantitate, fine ulla coagulatione, miscui.

Hæc experimenta clare demonstrant, alcaholem vim coaguli multum debilitare.

## S E C T. VI.

De mixtura coaguli, et Lactis, cum neutris.

NEUTRA vim coaguli valde debilitant, immo aliquando praeveniunt, uti docent sequentia experimenta.

In unum poculum Lacte calido plenum, coaguli animalis gutt. x. misi, et coagulatio brevi secuta est.

In septem alia pocula, coaguli guttas xx. fingulis immifi, cum fal. nitr. fequente proportione. 1mo, Grana xx. 2do, xxx. 3tio, xl. 4to, 1. 5to, 1x. 6to, 1xxx. 7timo, Coaguli et sal. nit. aa. guttas xl. addidi.

In poculo primo, et septimo, ubi partes aequales fuerunt, Lac coagulatum fuit, in reliquis nulla adfuit coagulatio.

Hoc experimentum cum alio neutro feci, scilicet ex sp. sal. armon, gutt. xx. et succi limonum 115 composito, hanc mixturam cum coaguli animalis gutt. xli. in unum poculum misi, cum Lactis recentis et calidi unc. ii. ibique per aliquod tempus haec mixtura manebat, sine ulla coagulatione.

IDEM experimentum reiteravimus, et eodem cum successu.

## CAPUTIV.

DE PARTE LACTIS MUCILAGINOSA SIVE CASEO.

HEC in diversis animalium generibus differt, immo in ejusdem animalium speciei Lacte, etiam in ejusdem animalis Lacte, varia est diversis temporibus.

DIFFICILE est determinare proportionem partis caseosae in Lacte vaccino; plerumque tamen in Lactis lib. iv. casei unc. iv. invenimus.

Ex mucilaginosa parte Lactis, caseus efficitur, qui varius est, in diversis animalibus, etiam tiam in eadem animalium specie, uti patet ex caseo Parmensi, Cestrensi, et Glocestrensi. Casei bonitas, ex multis pendet. 1mo, Ex coagulo; 2do, A pastu; 3tio, Si cum novo Lacte, vel Lacte cujus cremor adimitur, vel ex Lactis cremore efficitur; 4to, Ex modo praeparandi.

Mucilaginosa pars Lactis, simillima esse videtur parti sanguinis gelatinosae, vel lymphae coagulabili, uti a nonnullis vocatur, ex qua forte oritur.

SERUM sanguinis calido aëri expositum, brevi putrescit; idem accidit mucilaginosae Lactis parti, quando bene abluta est, et partibus ejus salinis liberata.

SERUM cum sp. sal. mar. mixtum, statu concentrato, in colorem caeruleum, brevi convertitur; idem efficitur cum caseosa parte Lactis vaccini.

In multis tamen haec a sero sanguinis differt; calore illa non coagulatur; serum vero sanguinis etiamsi cum aqua dilutum, calore coagulatur.

Lac variis coagulis efficitur, et ejus partes conglutinantur; serum vero sanguinis non his mutatur.

## CAPUT

## DE LACTIS SERO.

CERUM est aquosa pars Lactis, quod multum Sacchari continet; raro purum est, fed multum oleosae, et mucilaginosae, Lactis partis habet; magis, vel minus, uti Lac cum acidis, coagulis, vel sponte coagulatur.

Ex sero Lactis conficitur saccharum Lactis, funt duae hujus species, altera Chrystallorum, altera tabularum forma.

SACCHARUM tabulatum, hoc modo praeparatum est. Serum Lactis filtrando, lenique igne inspissando, in modulos arbitrariae formae effunditur.

CRYSTALLA vero obtinentur ex hoc tabulato faccharo, ovi albumine clarificato, inspiffato, atque in loco frigido ad crystallisationem reposito, parietibus vasis lamillatim adcrescunt, crystalli albi, cubici, splendentes, quibus separatis, et liquore residuo iterum inspissato,

spissato, novi nascuntur, et vel tertia vice repeti potest haec crystallisatio.

VERNO tempore, vel prima aestate, hoc melius procedit; Lac enim tunc optimum est, majoremque dat salis copiam.

Hoc modo etiam saccharum Lactis consici potest, scilicet Lac evaporando, ad pulverem siccum; deinde hocce pulvere in aqua frigida soluto, et siltrato, liquore ad siccitatem evaporato, restat saccharum Lactis.

QUANTITATEM hujus salis in Lacte diversorum animalium, per methodum ultimo descriptam tentavimus, et in sequente proportione invenimus, sequentia experimenta bis repetii, et singula vice Lactis uncias quatuor evaporavi.

1 Lactis Vaccini unc. iv. dederu	nt	Grana
facchari	N.	- liii
2 Vaccini		liv
3 Caprini		xlvii
4 Caprini		xlix
5 Ovilli	-	xxxiii
6 Ovilli	-	XXXV
7 Humani	-	lviii
A STATE OF THE STA		8

8 Humani	lxiv
9 Afinini	lxxx
10 Afinini	lxxxii
ri Equini	lxix
12 Equini	lxx

Ex his experimentis videtur, Lac Afininum, et humanum, reliquis antecellere; et quantitatem falis Lactis, uti etiam partis oleofae et caseosae, differre in Lacte diversorum animalium.

VIRES medicae hujus salis Lactis apud varios auctores multum laudantur; hodie vero raro in medicina hoc sale utimur.

SERUM Lactis evaporatum, multum refidui praebet; plerumque in unc. xvi. feri, drach. v. fs. refidui ficci invenimus.

### De aëre Lactis.

In Lacte multum adest aëris, uti coctione patet, sed adeo sixus est, ut vix antlia pneumatica moveatur, nisi Lac prius calesactum sit, atque Lactis aërem omnino expellere impossibile est.

Hinc fortasse ratio patet, cur Lac coctum, non tam facile acescit, quam Lac crudum, quia in illo multum aëris expellitur.

### De aqua Lactis.

In Lacte multum aquae adest, sed haec variat in Lacte diversorum animalium; in unc. xvi Lactis vaccini unc. xiv s. aquae plerumque invenimus.

Hactenus Lactispartes componentes, scilicet oleum, mucilaginem, salem essentialem, aquam, et aërem, memoravimus.

HOFFMANNUS varia instituit experimenta, ad residuum Lactis, in diversis animalibus inveniendum; nempe evaporatione.

CL. ille medicus, quantitatem residui sicci, in sequente proportione, in Lacte diversorum animalium invenit.

drach.

In unc. xii. Lactis Bovini - xiii.

- - - - Caprini - xii s.

- - - - Afinini - viii.

- - - - Humani - viii.

EXPERIMENTA HOFFMANNI repetivi, et in sequente proportione residuum inveni.

market and		ini-ola			drach.
In unc. xii.	Lactis	Bovini	1 -0		xii.
		Caprini		1	xv.
		Afinini	-	-	ix.
		Equini	-	-	viii fs.

SED uti tanta est diversitas, in Lacte ejusdem animalium speciei, duodecim vaccas emulgendas curavi, et earum Lactis unc. iv. in balneo ex aqua bulliente, separatim evaporavi.

Constitution of the second	dr.	gr.
Exp. Primum dedit residui	iii s.	xxi.
Secundum	iii ss.	
Tertium	iii.	
Quartum	iii s.	ix.
Quintum	iii.	xxiv.
Sextum	- iii.	xx.
Septimum	- iii fs.	
Octavum	- iii s.	xx.
Nonum		
Decimum		
Undecimum	iii.	xx.
Duodecimum	iv.	x.

Drach. xlii fs.

HAC methodo hujus quantitatis medium invenimus.

Drach. xlii fs. = 2550 Gr.

12)2550(212 60)212(3, 32
24 180

15 32
12

30
24

6

Medium est drach. iii. et gran. xxxii.

Nunc de variis cum Lacte mixturis.

### CAPUT VI.

DE MIXTURA ACIDORUM, CUM LACTE.

### SECT. I.

A cida in Lac agunt, separando ejus coagulum, i. e. oleosam, et mucilaginosam Lactis partem, simul unitam, a sero;
atque

atque hoc magis vel minus fortiter efficiunt, pro Lactis calore. Quatuor sumptis poculis Lacte ad 88 gradus calefacto plenis, in primum sp. vitriol. gutt.v. aq. font. gutt. xx. diluti.

In secundum gutt. x. in aq. font. gutt. xl. diluti, in utrisque pauxillum coaguli fundum petebat. Idem experimentum seci, cum acet. vin. alb. loco sp. vitriol. in utrisque pauxillum coaguli fundum vasis petebat; reliqua tamen Lactis pars, sluida et dulcissima suit.

HAEC quatuor experimenta cum Lacte bulliente loco Lactis tepidi fecimus.

In primo poculo magna copia coaguli Lactis fun dum vasis petebat.

In secundo, Lac in serum et coagulum mox divisum erat.

In tertio, Lac non omnino in duas partes separatum erat; sed multum coaguli ad fundum poculi haec mixtura demisit.

In quarto, mixtura statim Lac in serum et caseum divisit.

PROXIME quaedam experimenta cum succ. limon. institui, quatuor scilicet sumptis poculis.

In primum Lacte ad 96 gradus calefacto plenum, succ. limon. gutt. xx misi; et in aperto

aperto cubiculo reliqui, cremor ad Lactis superficiem ascendebat, sine ulla Lactis coagulatione.

In secundum, Lacte frigido plenum, succ. limon. gutt. xl. addidi; deinde in hypocaustulo ad 96 gradus calesacto, per duodecim horas reliqui, sine ulla mutatione.

In tertium, Lacte bulliente plenum, gutt. xvi. succ. limon. misi; statim, sed non integre, serum a coagulo separatum suit.

In quartum, succ. limon. gutt. xxviii. statim totum Lac in serum, et coagulum, divisum erat.

Haec sufficient demonstrare, Acida, magis vel minus fortiter in Lac agere, pro caloris gradu.

ACIDA hanc separationem persiciunt, sine ulla cum sero mixtura, et serum easdem dotes possidet, sive cum coagulis, sive cum variis acidis efficitur, si haec non in nimis magna copia cum Lacte misceantur; sed hoc experimentis melius patebit.

LIBRAM unam Lactis Vaccini cremore remoto fervefeci, cui sensim inspersi cremoris Tartari Tartari grana xviii. statim Lac in serum et caseum separatum suit, serum limpidum erat, neque ullam aciditatem monstravit; chartam succo caryophillorum imbutam, rubro colore non tinxit; additis vero ejusdem pulveris granis duobus, statim colorem chartae in rubrum mutavit.

IDEM exp. feci cum alumine, loco cremoris Tartari; serum perfecte limpidum suit, neque minimum aluminis saporem retulit.

Quo plus coaguli Lac continet, eo plus acidi requiritur, hanc separationem persicere. Crem. Tartar. grana xiv. in Lactis Asinini vel Equini libra una, hanc separationem persicere solummodo sufficiunt, in eadem Lactis Vaccini vel Caprini quantitate, grana octodecim requiruntur.

### SECT. II.

De mixtura Lactis, cum Alcalinis.

ALCALINA fixa Lac coagulant, praeser tim fi ad centum et viginti gradus calefactum fit.

ALCALINA vero volatilia, non hac poteftate gaudent, uti docent sequentia experimenta.

SUMPTIS decem poculis Lacte repletis, et ad sequentes gradus calefacto,

96. 104. 112. 120. 128. 136. 144. 152. 160. 168. In fingulis ol. Tartar. per deliquium gutt. xx. immisi; in primo, secundo, et tertio, cremor Lactis ad superficiem ascendebat, et reliqua pars Lactis leviter coagulata suit.

In quarto et sequentibus, nulla cremoris Lactis separatio suit, sed tota massa leni coagulo constricta erat; et chartam, suc. caryophil. imbutam, in viridem colorem mutavit.

EADEM experimenta repetivi, cum sp. sal. vol. armon. gutt. xx. loco alcalini sixi, in omnibus sloris Lactis separatio suit; reliqua Lactis pars adeo mutata suit, ut instar seri crassi appareret, sine ulla coagulatione.

ALIUD experimentum feci, cum Lactis recentis et tepidi unc. ii. et sp. sal. vol. armon. gutt. cl. aliud cum ejusdem spiritus gutt. cc. Haec mixtura per duodecim horas manebat, sine ulla coagulatione; color ejus tantum mutatus erat; si vero per aliquot dies Lac ser-

vetur, donec alcali evaporetur, tunc acidum in Lacte praevalet, et Lacti color suus redit, et brevi sponte coagulatur.

NEUTRA etiam Lactis coagulationem fpontaneam valde impediunt \*.

### S E C T. III.

De Lactis et alcaholis, mixtura.

Lac nisi ferveat, alcahole non multum mutatur, uti consirmant sequentia experimenta.

SUMPTIS quatuor poculis tepido Lacte plenis, in primum alcaholis gutt. ccxl. immisi, post moram duodecim horarum, nullam mutationem inveni, cremor Lactis more solito ascendebat, sine ulla Lactis coagulatione.

Alli poculo Lacte ad centum gradus calefacto pleno, alcaholis drach. vi. addidi, et post viginti et quatuor horarum moram, color Lactis nil mutatus fuit, et Nubecula solum fundum vasis petebat.

IDEM exp. cum alcaholis unc. i. flos Lactis ascendebat, et Nubecula fundum petebat.

IDEM

<sup>\*</sup> Vid. p. 27.

IDEM cum Lacte bulliente feci, et multum coaguli ad fundum vasis demittebatur.

ALIUD cum spiritu vini rectificato.

SELIBRAE Lactis bullientis sp. vin. rect. unc. ii. addidi, sine ulla coaguli separatione; infusis tamen acet. vin. alb. gutt. x, mox in serum et coagulum, Lac separatum suit.

Nunc de variis lactis bovini mutationibus, vel spontaneis, vel ab aliis inductis, satis diximus; antequam vero aliorum animalium Lac considerare incipiamus, breviter notare conabimur, ex experimentis jam memoratis, an coagula varia, sua aciditate, vel vi quadam adhuc incognita, Lac afficiunt; ad hunc sinem inquirere necessarium erit, an Acida, et varia Coagula, eodem modo Lac afficiant.

ACIDA Lactis coagulum a sero separant.\*

COAGULA omnes Lactis partes per aliquod tempus uniunt.†

Acida magis, vel minus fortiter in Lac agunt, pro Lactis calore, fortissime in Lac bulliens. ‡

F COAGULA

<sup>\*</sup> Vid. pag. 35.

<sup>+</sup> Vid. pag. 29.

<sup>‡</sup> Vid. pag. 35.

Coagula animalia, Lac ultra exxviii gradus calefactum, haud afficiunt.\*

Coagula nullam aciditatem monstrant, etiamsi per longum tempus aliquando conservantur, sed putrida deveniunt.

COAGULA putrida Lac coagulant. ‡

Coagul a cum alcali mixta, certa proportione, potestatem suam coagulantem non perdunt.\*\*

Quando majore copia, cum coagulo misceatur Alcali; sua natura Lactis coagulationem praevenit. ††

NEUTRA, vim coaguli, aeque ac alcalina debilitant.

PATET igitur, coagula varia, vi quadam adhuc incognita, in Lac agere, non vero aciditate sua.‡‡

De lacte Bovino satis diximus; nunc diver forum animalium Lac considerare properamus, et primo Lac caprinum.

De

## CAPUT VII.

DE DIVERSORUM ANIMALIUM LACTE.

SECT. I.

De Lacte Caprino.

HOC magis naturae Lactis vaccini appropinquat, acescens est, et variis coagulis coagulatur. Quantitas cremoris, casei, et seri, ser eadem est, uti in Lacte vaccino. Ejus cremor albus est, et difficilius in Butyrum convertitur.

UTI residui quantitatem, in hoc lacte invenirem, duodecim Capras emulgendas curavi, et earum Lactis unc. iv. in balneo ex aqua bulliente separatim evaporavi.

# 44 DE LACTE.

|                                | 1         |                    |         |
|--------------------------------|-----------|--------------------|---------|
|                                |           | dr.                | gr.     |
| Exp. primum refidui            | dedit -   | iv fs.             |         |
| Secundum                       | 4         | iv.                | vi.     |
| Tertium -                      | 47-15     | iv fs.             | 10,20   |
| Quartum                        | 6-41      | iii.               | xxviii. |
| Quintum -                      | 1 0 E     | iv.                | xxiv.   |
| Sextum                         | 1.5065    | iv.                | xiii.   |
| Septimum                       | 4-1       | iv.                | viii.   |
| Octavum                        | with this | iii.               | xl.     |
| Nonum                          | 10 Th 20  | iv fs.             | viii.   |
| Decimum                        |           | iv.                | xxiv.   |
| Undecimum                      |           | iv fs.             | iv.     |
| Duodecimum -                   | Tell      | iv fs.             | L       |
|                                |           | -                  |         |
| Can Miller Tool on Miller Tool | Drach.    | li fs.             | xxv.    |
| Drach. lifs. Gr.               | . xxv. =  | 3115               | Gr.     |
| 12)3115(250                    | 60        | )259(4             | mus of  |
| 24                             |           | 240                | ingli   |
| 71                             |           | 7.0                |         |
| 71 60                          |           | 19.                |         |
| 1                              |           |                    | 1       |
| 115                            | 2 2 2 7   |                    |         |
| 108                            |           | 3 3 3              |         |
|                                |           | THE PART OF STREET |         |

Medium est drach. iv. gr. xix.

# SECT. II.

### De Lacte Ovillo.

Lac ovillum in multis cum Lacte vaccino congruit, in quibusdam ab hoc differt.

Cum hoc facile acescit, et variis coagulis coagulatur; immo facilius, quam Lac vaccinum.

A Lacte vaccino variat Lac ovillum, proportione ejus partium componentium; nam duplicem quantitatem, et partis oleosae, et mucilaginosae, in hoc semper invenimus, multo minus tamen seri.

CREMOR Lactis ovilli albus est, nunquam slavus, uti in Lacte bovino; caseosa pars magis sirma est, et insolubilis: Serum magis partis oleosae, et mucilaginosae continet, ideoque plus nutrit, quam serum bovinum.

Lac ovillum cum sp. vin. rectificato facile coagulatur, non tamen Lac vaccinum, uti sequens experimentum demonstrat.

LACT. ovill. dum coquitur selibrae, sp. vin. rect. sesquiunc. insudi; statim pars caseosa a sero separare incipiebat, tunc ejusdem spiritus unc. i. addidi, et harum partium integra suit separatio.

IDEM

IDEM exp. cum Lacte vaccino bis tentavi, et sp. vin. rect. unc. ii. nullam separationem produxerunt.

ACET. vin. alb. gutt. x. huic Lacti additae statim coagulum a sero separaverunt.

Nunc de animalium non ruminantium Lacte dicendum est.

# S E C T. III.

# De Laste Asinino.

Lac asininum a vaccino multum dissert, non adeo acescens est, neque ullis coagulis coagulatur. Stagnatione integra sit separatio inter varias Lactis partes, mucilaginosa fundum vasis petit, dum Cremor supersicie, et Serum loco intermedio gaudet.

In Lacte asinino multum adest seri, pauxillum vero Cremoris, vel Casei; et simillimum esse videtur Lacti humano, hujus tamen Cremor in majore copia est, et facile in Butyrum convertitur, quod nunquam essicere possem ex cremore Lactis asinini.

UT residui quantitatem Lactis asinini, post evaporationem invenirem, plurimas Asinas emulgendas curavi, et earum Lactis unc. iv. ut antea separatim evaporavi.

Exp.

| di isiany motol con silit              | dr.       | gr.     |
|--|-----------|---------|
| Exp. Primum dedit residui              | iii.      | xxvi.   |
| Secundum                               | ii fs.    | i.      |
| Tertium                                | ili.      | xxxvi.  |
| Quartum                                | iii.      | xxxvi.  |
| Quintum                                | ii fs.    | viii.   |
| Sextum                                 | iii.      | xlviii. |
| Septimum                               | iii.      | XX.     |
| Octavum                                | iii.      | xxxvi.  |
| Nonum                                  | ii ss.    | x.      |
| Decimum                                | iii.      | xl.     |
| Undecimum                              | iii.      | xxi.    |
| Duodecimum                             | iii.      | xx.     |
| KAN TON HIS ON ON A THE REAL PROPERTY. | atempires | 5 3A3   |

Drach. xxxix.

xxxii.

Drach. xxxix. Gr. xxxii. = 2372 Gr.

| 12)2372(19 | 7 6  | 180 | (3   |
|------------|------|-----|------|
| 117        | i di | 17  | 18 m |
| 92<br>84   |      |     |      |
| 0          |      |     |      |

Medium est Drach. iii. Gr. xvii.

RESIDUUM

RESIDUUM Lactis, non folum variat in diversis animalibus ejusdem speciei, sed etiam in ejusdem animalis Lacte, eodem tempore emulcto, uti probant experimentum secundum, tertium, et quartum. Afina cujus Lac evaporatum fuit, bis de die tres libras demisit, primae quatuor unciae dederunt pulveris ficci drach. ii fs. et gran. i. uti notat exp. secundum; postremae vero drach. iii. et grana xxxvi. uti in exp. tertio et quarto.

# S E C T. IV.

# De Lacte Equino.

Lac equinum simillimum esse videtur Lacti afinino, minus tamen partis oleosae habet.

Uti residui quantitatem invenirem octo Equas emulgendas curavi, et fingularum Lactis uncias quatuor evaporavi.

|                                | drach | . gr.  |
|--------------------------------|-------|--------|
| Lac Primae Equae dedit residui | iii.  | xvi.   |
| Secundae                       | iii.  | xii.   |
| Tertiae                        | iii.  | ix.    |
| Quartae                        | iii.  | liv.   |
| Quintae                        | ii.   | xlii.  |
| Sextae - '                     | ii.   | xlii.  |
| Septimae                       | iii.  | xvi.   |
| Octavae                        | iii.  | n slow |
| the muxim conf. sure Drack     | WWW.  | March  |

Drach. xxv. xi.

Drach. xxv. Gr. xi. = 1511 Gr.

8)1511(188 60)188(3
180

71
8
64

7<sup>I</sup> 64

Medium est Drach. iii. et Gr. viii.

G

SECT.

# S E C T. V.

### De Lacte Humano.

Lac humanum, a Lacte vaccino in mul-

COAGUL IS non coagulatur, neque acidis, vel mineralibus, vel vegetabilibus, in magna copia cum Lacte humano mixtis, ulla coaguli a sero separatio producitur; sive Lactepidum sit, sive dum coquatur, haec mixtura siat.

HAEC separatio tamen sponte obtinetur, praesertim si in loco ad nonaginta et sex gradus calesacto, Lac detentum sit; et quotidie observatur in Lacte quod evomunt Infantes.

Lac humanum, majorem habet Cremoris copiam, quam asininum vel equinum, et sacile in Butyrum convertitur.

UTI in aliorum animalium Lacte sic etiam in humano magna est varietas, in quibus-dam Lac opacum, album et magis crassum, in aliis magis dilutum instar Lactis cum aqua mixti, cum pauxillo Cremoris.

Lac humanum, fortasse neque ingestis, neque morbis, tam facile mutatur, sicuti Lac ruminantium

ruminantium. Saepe Lac mulierum aegrotantium examinavi, sine ulla mutatione obvia: Hinc Nutrices saepe aegrotant, sine ulla infantis injūria, et hinc Lac nutricis ex morbo venereo laborantis, infantem aliquando non insiciet; et multum dubito, si purgantia nutrici exhibita, unquam Lac attingant, ita ut infanti noceant.

NUPER duarum nutricum Lac examinavi, quae per totam septimanam pil. mercur. Phar-Edin. sumpserant, adeo ut in utrisque os plane affectum esset; tamen Lac, neque nigrum colorem argento, neque album auro induxit.

Lactis humani varias partes haud facile est, separare, ejus tamen varietates, quoad residui quantitatem, uti antea invenire tentavimus, duodecim nutricum Lactis unc. iv. evaporando.

| - Jare didiction degree-   | drach.                          | gr.  |
|--|---------------------------------|--|
| Lac Primae Nutricis dedi   | t residui iii.                  | XX.  |
| Secundae   | -> -o iii.u                     | xx.  |
| Tertiae  |                                 |  |
| Quartae  |                                 |  |
| Quintae  | iv.                             | xix.   |
| Sextae   | Contract to the second second   | inimui,  |
| Septimae   |                                 |  |
| Octavae  |                                 | xxiv.  |
| Nonae  |                                 | vi.  |
| Decimae  |                                 |  |
| Undecimae  |                                 |  |
| Duodecimae   | iii.                            | cal wrem   |
| for eller bond to head an  | Drach. xliif                    | e vari   |
| Drach. xlii fs. Gr. xx   | Diach. Ami                      |  |
|  | J.                              |  |
| 12)2576(214  | 60)214(3                        | 34   |
| 24   | 180                             |  |
| 17   | 34                              |  |
| 12   |                                 |  |
| 56   | it visited                      |  |
| 48   | 727773                          |  |
| THE RESERVE THE PARTY OF THE PA |                                 |  |
|  | The second second second second | the state of the s |

Medium est, drach. iii. et grana xxxiv. SECT.

### S E C T. VI.

De Lacte canino.

Lac caninum, multum variat, pro nutrimento.

SI solis Vegetabilibus, Lac acescens; si vero carne nutriatur Canis, alcalinum est, adeo ut recens Lac, chartae succo caryophillorum imbutae, viridem colorem saepe inducat.

CANEM per septimanam alui, et ejus Lac simillimum Lacti caprino inveni, acescens suit, magnamque Cremoris et Casei copiam habebat, immo plus quam Lacte caprino invenitur, cum variis coagulis, etiam stagnatione, coagulat.

EANDEM canem per aliquot dies carne alui, copia Lactis minor erat; plane alkalefcens, et stagnatione haud coagulavit

Huic etiam cani, potionem ex farina avenacea, in aqua cocta compositam, cum pulv. rad. rub. tinct. semuncia, bis de die exhibui.

Postquam hujus uncias quinque sumserat, color ejus Lactis nil mutatus fuit, hoc confirmat exp. CL HALLER.

CAPUT

<sup>\*</sup> Memoires sur la formation des os.

# APUT SECT. I.

ACTENUS de variis Lactis generibus; nunc de origine ejus pauca dicendum est.

ALII volunt, Lac a fanguine, dum alii, ex novo chylo recens in fanguinem ingresso, fecretum esse volunt:

Difficile est hoc certe statuere, quia nec analysin chyli, neque ejus quantitatem, dato tempore in fanguinem ingredientis, post plenum pastum, nec quam cito sanguificatio perficiatur cognoscimus.

CONTRA primam opinionem, Lac a Sanguine secretum esse objiciunt, quod nutrices duas Lactis Libras, et Vaccae fexaginta quotidie reddunt; fi Lac effet fanguis, hic non tam copiofus in venis existeret, neque saltem sine virium, et vitae detrimento, remitti posset ; praeterea, differt multum fanguis, a Lactis natura; nam Lac, in Butyrum, Cafeum, et Serum, facile transit, et acescit; sanguis vero mora, in foetidam abit putredinem. Variae Lactis patres componentes destillatae nullum Alcali volatile

volatile, contra fanguis, hoc, in magna copia praebet.

ARGUMENTUM a quantitate sumptum, minus placet; nisi quantitatem chyli, qui sanguinem quotidie ingreditur determinare possimus.

ALTERA opinio, scilicet Lac, ex novo chylo recens in sanguinem ingresso oriri, magis est probabilis; nam magis, vel minus, Lac acescit, pro natura alimenti: hoc saepe expertus sum in Lacte canis, nunc crudo carne, nunc vegetabilibus solis, pastae; priore cibo, Lac putrescens; posteriore, ab initio acescens suit.

Lac etiam omnium animalium, quae ex vegetabilibus nutriuntur, acescens est.

rius elaptae lucruni s perica

# ensemble aus E C T. II.

# De Lactis colore.

L Ac in ruminantibus praesertim, saepe colorem ejus, ex alimenti colore, habet; uti patet sequente experimento.

VACCAM hora octava noctis, emulgendam curavi; die crastino mane illa emulcta, iterumque vesperi, sine ulla Lactis mutatione; tantum ejus copia a quinque libris, ad tres diminuta suit, per totum hoc tempus, ab om-

ni alimento et potu abstinuit; deinde potionem, ex sursure et aqua, cum rad. rub. tinct.
unc. sex compositam, exhibui, quam illa avide
devoravit. Post duodecim vero horas, Lac
nil mutatum suit; sed viginti et quatuor horis
elapsis, Lac colore rubro fortiter tinctum erat.

ALII Vaccae, quae per duodecim horas Inediam passa est, similem potionem dedi, hoc ordine, Die Lunae hora octava noctis, rad. rub. tinct. unc. tres; Die Martis et Mercurii, mane et vesperi; Die Jovis et Veneris, ter de die; Saturni mane, dosem praebui; ulterius vero potionem suam repetitam accipere noluit. Antequam Lac coloratum esset, triginta et sex horae prius elapsae suerunt; postea vero colore satis rubro afficiebatur, qui manebat per totam septimanam postquam a rub. tinct. abstineret \*.

VARTE

\* Rogari potest, cur in primo experimento 24 horarum spatio, in altero non nisi post 36 horas rubro colore Lac tinctum erat.

Hujus differentiae haec videtur esse ratio; quod altera vacca per 12 horas, altera vero 24 inediam passa est; ideoque hujus ventriculus a priore alimento magis vacuus erat, et novus chylus a novo alimento omnino essici debet. Praeterea haec rub. tinct. uncias sex, illa vero tres uncias uno tempore solummodo comedit.

VARIÆ herbae, quas aestate Vaccae commedunt, quibus earum Lac coloratum est, etiam hoc probant.

### S E C T. III.

Quaedam Differentiae inter Lac ruminantium et non ruminantium.

Ex nostris experimentis patet, Lac valde dissimile esse, in eodem animali, diversis temporibus, multo magis in diversis animalibus, adeo ut Lac unius animalis, valde differat a Lacte alterius.

Lac animalium ruminantium, in multis congruit, multum habet cremoris et casei; aestate, aëris calore facile coagulatur, et acescit; si cum coagulo, vel animali, vel vegetabili, mixtum sit, tunc omnes Lactis partes conglutinantur; immo hoc sit, etiamsi Lac vaccinum cum triplice aquae sontanae quantitate dilutum sit.

CREMOR Lactis collectus et agitatus, facile in butyrum transit.

Lac ruminantium, etiamsi multum mucilaginosae partis continet, tamen magis est acescens, quam Lac non ruminantium. Hocce Lac, a Lacte supra memorato, in multis differt; calore aëris aestivo, non coagulatur, mora minus acescit, nec variis coagulis partes ejus conglutinantur: assuss sp. sal. mar. supra caseum Lactis asinini vel equini, color niger; supra caseum vero Lactis vaccini, coeruleus potius inducitur.

Mucilaginosa pars Lactis ruminantium, facile separari potest, vel sponte, vel variis coagulis.

In Lacte vero non ruminantium, hoc vix obtineri potest, nisi addantur Acida, dum Lac coquatur.

Lac ruminantium facilius mutatur, velingestis vel morbis, quam Lac non ruminantium.

Hocce Lac etiam multum inter se differt.

In Lacte humano, canino, multum adest cremoris, qui facile in Butyrum convertitur; in asinino, equino, pauxillum adest cremoris, ex quo nunquam efficitur Butyrum.

Lactis equini et asinini, pars mucilaginosa, facile a sero separatur, affusis acidis dum Lac coquatur. Hoc vero non obtinetur in Lacte humano. LAC caninum a reliquis omnino differt, et simillimum est Lacti ruminantium; multum Cremoris et Casei habet, et variis coagulis coagulatur.

HACTENUS de natura et indole Lactis in diversis animalibus. Antequam secundam hujus Dissertationis partem aggrediamur, uno conspectu, varias Cremoris, Casei, et Seri proportiones, in diversis Lactis generibus, monstrare necessarium erit; uti etiam eorum residui quantitatem.

CREMORIS, Casei, Serique quantitas maxima est, sequente ordine.

| Cremoris | Cafei    | Seri     |
|----------|----------|----------|
| Ovillo,  | Ovillo,  | Afinino, |
| Vaccino, | Caprino, | Humano,  |
| Humano,  | Vaccino, | Equino,  |
| Caprino, | Equino,  | Vaccino, |
| Afinino, | Humano,  | Caprino, |
| Equino,  | Afinino, | Ovillo,  |

Residui quantitas secundum exper. jam memorata, ita se habet

Vacc. gr. ccxii. Capr. gr. cclix. Afin. cxcvii. Equin. gr. clxviii. Human. gr. cxciv.

PARS

# PARSII.

### CAPUT I.

DE LACTE QUATENUS NUTRIMENTO IN-SERVIT.

### SECT. I.

OMNIA fere animalia recens nata Lacte nutriuntur; quod partes alibiles, per corporis animalis organa praeparatas, continet, et sine ulla masticatione in chylum facile convertitur.

OPTIMUM est maternum, quia Lac, uti jam monstravimus, valde diversum est, in diversis animalibus.

Lac humanum foetui humano optime convenit; melius vaccino infantibus propinatur, fiquidem ejus partes pingues, et caseosae, debilibus infantium digestionis organis subigi nequeunt; e contrario, Lac humanum, vitulis incongruum est, quia nec copia, nec contenta, satis nutriunt: Nonne ergo fallitur

fallitur VANDERMONDE,\* qui nobis dixit, Lac vaccinum, et aliorum animalium, infantibus melius esse, quam Lac foemininum, immo quam Lac maternum? In multis tamen regionibus, plurimi Infantes recens nati, vaccino Lacte nutriuntur. In Muscovia, Infantes recens nati, ope cornu, Lac vaccinum pro nutrimento fugunt.†

TALIS methodus, in Nosocomiis ad Infantes expositos alendos, comparatis, prodesse quidem possit, ubi hi miseri, saepe venenato Lacte Nutricum trucidantur; hac methodo, matrona duas, immo tres Infantes, facile nutrire

posset.

LAC, five pro nutrimento, five pro medicina sumptum, optimum est, ab ipso animali; nam cito, nonnihil nativae suae bonitatis amittit, et ejus partes separare incipiunt: ob hanc causam, omnia animalia vivipara, cum fugendi appetitu et facultate nata funt, ut Lac ab ipsis fontibus sugere possint, antequam ullam ab aëre mutationem subiverit. Eadem ratione, Medici antiqui id aegris, vel recens

ab.

<sup>\*</sup> Essai sur la maniere de perfectioner L'Espece humain.

<sup>‡</sup> Brouzet's Medicinal Education of children.

ab animali sumptum, vel quam minime aëri objectum, praescripserunt.

Lac est nutrimenti genus inter vegetabile et animale, ab humano genere universaliter usurpatum, et omni aetate adoptatum.

Pro nutrimento, Lacte ipso, vel contentis ejus utimur; de quibus jam dicendum est.

# S E C T. II. De Oleo Lactis.

OLEO Lactis, vel Cremoris vel Butyri forma, frequentissime utimur.

In forma Butyri, facilius digeri potest, quam Cremoris, quia minus partis mucilaginosae continet.

BUTYRUM semper aliquid mucilaginosae partis retinet, ideoque facilius rancescit, quam olea quaedam ex vegetabilibus expressa, quibus tamen simillimum esse videtur.

Butyrum, ex Cremore Lactis ope ignis collecto, factum, methodo Devoniensi, diutius in aestate servari potest, quam ex crudo Cremore; minus aptum est rancescere, quia hac methodo, pars oleosa, melius a parte mucilaginosa separatur.

Ex Butyri compositione patet, hoc genus nutrimenti teneris ventriculis minime adaptatum esse.

# S E C T. III.

# De Caseo Lactis.

CASEUS, uti antea dictum fuit, pars Lactis coagulabilis est, vel animalis, ideoque multum alimenti praebet; saepe tamen in ventriculo insolubilis est, magis minusve pro variis Casei generibus; differt enim Caseus in diversis animalibus, vel pastu, vel si cum Lactis cremore, vel ex Lacte cremore remoto, efficiatur, vel si a spontanea coagulatione, vel cum variis coagulis siat.

Magis nutriens est, et facilius in ventriculo solvitur, si ex Cremore efficiatur; contra, nil nutrimenti magis insolubile est, quam Caseus ex Lacte cujus cremor adimitur paratus.

CASEUS etiam pro aetate differt; si vetustus et putrefactus sit, pro condimento potius, quam nutrimento convenit. In quibusdam regionibus Lacte sponte coagulato pro nutrimento utuntur, praesertim Lapponici, atque etiam in magna copia.

Hoc modo Lac coagulant, novo Lacti femper addunt, partem Lactis acidi sponte coagulati. Lac ita praeparatum, facilius in ventriculo dissolvitur quam si coagulo vulgari factum esset, magis etiam acescens est, ideoque melius hisce conveniunt qui multum piscium et alimenti animalis comedunt; aliquando quasdam herbas Lacti addunt, uti citius coagulari possit.

In genere Caseus robustissimis adaptatur; male igitur teneris ventriculis, nisi pro condimento exhibeatur.

## S E C T. IV.

# De Lacte ebutyrato.

Lac ebutyratum est Serum Lactis cum parte mucilaginosa ab oleosa liberatum, et Lac in butyrum agitando efficitur.

Liquor qui restat, Butyro remoto Lac ebutyratum constituit. Recens sapori gratis-

simum, et aciditate haud injucunda praeditum, quae stagnando crescit; et inde brevi, ejus partes seorsim separantur.

Hoc copiose bibunt agricolae, in aestate, dum rusticis laboribus incalescunt, et ab ejus usu, maxime resrigerantur, et recreantur.

### CAPUT II.

DE LACTE QUATENUS MEDICINAE IN-SERVIT.

### SECT. I.

IN morborum curatione, frequentissimus est Lactis usus, atque nunc breviter notare conabimur, quantum in quibusdam morbis Lac prosit.

Primo tamen Lemmata quaedam generalia de Lactis natura et usu, ex antedictis experimentis hausta, memorare necessarium erit.

# LEMMAI.

Lac est alimentum corpore animali perfectum, et facilius in chylum convertitur, quam quam pleraque alia alimenta, vel vegetabilia, vel animalia, quae raro in fanguinem ingrediuntur, quin febriculam excitant, praesertim in aegrotis et convalescentibus.

### II.

LAC coctione multum mutatur, minus acescens redditur, ideoque minus laxans.

### III.

Lac ab animali recens, optimum est; minima stagnatione fortasse multum perdit, partes ejus cito a se invicem separare incipiunt, et Lac magis acescens devenit.

# ÍV.

Lac non ruminantium, scilicet humanum, asininum, et equinum, nunquam, nisi ab animali recens, et nimis forsan parca dose a medicis recentioribus exhibetur.

### V.

Lac ruminantium, difficilius organa chylopöetica subit, quam Lac non ruminantium, quia plus partis oleosae, et mucilaginosae, continet.

### VI.

Lac ruminantium magis acescens est, plus naturae vegetabilis habet, quam Lac non ruminantium; ideoque in hisce morbis, ubi sanguis ad putredinem nimis vergit, melius est, si ventriculo haud noceat.

### VII.

Lac copiose, et per satis longum tempus sumptum, humores nostros omnino mutat et corrigit, eorum acrimoniam obtundit, et corporis habitui inflammatorio resistit.

### VIII.

Lac ebutyratum, uti parte oleosa privatur, minus nutriens est, sed magis acescens, ideo-que plus refrigerat et laxat.

### IX.

SERUM Lactis, uti oleosa et mucilaginosa parte privatur, minus nutriens est, quam verum Lac, magis tamen acescens est, hinc magis refrigerans et laxans; ideoque in multis morbis, ubi Lac non conveniret, exhiberi potest, et citius etiam per totum systema nostrum transit.

Ex primo Lemmate patet, Lac prodesse in plerisque morbis ubi nocet paroxysmus sebrilis; prodest igitur in sebribus hecticis, ex quacunque causa ortis; prodest his qui ex morbis acutis convalescunt.

In phthisi pulmonali, morbo cui Britanni praecipue objiciuntur, ex coeli mutabilitate, Lac optimum est remedium, et antiquis bene notum.

IPSE medicinae parens, posteaque GALE-NUS usum Lactis in phthisi pulmonali profusis laudibus prosecuti sunt.

ARÆTEUS\* hoc asserere haud dubitavit, si quis phthisicus multum Lactis potet, nullo alio egere auxilio. Etiamsi omne Lac phthisicis, laudatissimum est remedium, tamen Lemmate quinto patet, humanum, asininum, vel equinum, primum occupare locum.

In phthisicis HIPPOCRATES primo Lac asininum, tunc equinum ad tres usque Haeminas, vel triginta uncias, mane quotidie praescripsit, posteaque vaccinum vel caprinum †.

CL.

<sup>\*</sup> De cur. phthif. C. 8. Ed. Wigan. p. 158.

+ Medici antiquiores semper Lac Asininum, majori copia commendarunt, quam medici recentiores.

RIVERIUS memorat, se puellam phthisicam ex orci faucibus Lactis asinini ope, per mensis spatium adhibiti eripuisse.

CL. HOFFMANNUS multa memorat exempla, phthisicorum, qui multis aliis remediis frustra tentatis, ope Lactis Asinini, omnino curati fuerunt †.

In hoc morbo etiam, serum Lactis optimum est remedium, uti etiam in omnibus sebribus acutis, et ulceribus internis; hoc patet lemmate nono: Corpus refrigerat, nutrit, humorum nimiae putrescentiae resistit, atque tuto exhiberi potest, ubi Lac noceret; eadem ratione, Lac ebutyratum saepe in hoc morbo laudatissimum est remedium.

### S E C T. II.

UTI Lac in omni inflammationis genere prodest, sic in podagra optimum est.

HICCE morbus, plerumque sub forma inflammationis apparet, neque semper tutum est, hanc inflammationem evacuantibus debellare, quia in senibus, ex hoc morbo laborantibus, systema nervosum aliquando magnopere debi-

litatur,

<sup>\*</sup> Cent. 2. obf. 78.

<sup>+</sup> De Lact. afin. in med. ufu.

litatur; talis igitur diaeta requiritur, quae inflammationi resistit, et vim vitae eodem tempore augeat: Lemma primum et septimum docent, Lac huic proposito bene inservire; et haud dubito, quin in junioribus praesertim, hicce morbus, facile Lacte sanari possit; junctis simul exercitio, et propria abstinentia a Venere et Vino.

Hujus rei notabile habemus exemplum \*, in libello nuper edito. En verba Auctoris: 'Vir 'fexagenarius qui cum a parentibus arthriti'cis natus fuerit, a prima jam juventute, ejus 'generis affectionibus vexabatur, ufque dum 'gravissima ipsum insectaretur podagra, contra 'quam, variis etiam non inefficacibus remediis 'utebatur incassum.

'Incidens tamen in Dolaei de furia podagrae Lacte victa tractatum, hujus viri monitis
fe parere velle, constituit, quatuor Lactis libras quotidie assumendo; quae vero dosis, ab
initio vix ferri poterat, in debili corpore; succedebat enim pertinax alvi obstructio, quae
aliis vinci debebat remediis.

NIHIL-

<sup>\*</sup> Obs. quaedam anat. chir. medica rariora, Cl. Eisen-bach.

'NIHILOMINUS is suo tamen firmiter persti-

'tit proposito, et sensim imminutis symptomati-

bus, melius se habere coepit, ita ut post con-

' tinuatum per novem fere menses, cum nutri-

entibus alimentis, commixti Lactis usum, om-

'nibus a morbiinsultibus viveret liber, suis de-

'functus alacriter negotiis, tandem alio morbo

'chronico confectus.'

### S E C T. III.

QUAM etiam salutisera, in Lacte recondatur virtus, scorbuto removendo, non magis ratione, quam experientia, edocti sumus.

In hoc morbo, humores nostri, putrido vitio contaminantur, et curatio ex his quae chylum acescentem supplent, constat; talia sunt Lac et lacticinia; optimum est Lac ruminantium, vel Lac ebutyratum, vel Lactis serum, uti patet lemmate sexto, septimo, octavo, et nono.

SED quantum in scurbuto removendo Lac prosit, patet verbis cl. Hoffmanni\*.

\*De mir. Lact. afin. in med. ufu.

SECT.

# S E C T. IV.

LAC contra varia venena optime stomachum defendit : Hoffmannus dixit Lac adversus venena certissimum dare auxilium, quatenus primo impedit, quo minus ventriculi tunicae a veneni spiculis lancinentur; dein vi sua oleosa blandaque, et molli sua virtute, ipsius veneni foluti acies involvit, atque eo causticam ejus vim obtundit, tunc etiam vehiculum fatis opportunum constituit, quo venenum vomitu exterminari possit, denique demulcente sua vi impedit, quo minus fibrae in vehementiores spasmos adigantur: et insigne exemplum subjungit, non minus quam decem juvenum, quos arsenico in polenta avenacea infeliciter absorpto, liberali haustu Lactis vaccini, in vitam revocarit.

Ex hisce praemiss apte concludit, in alia operum parte, tantam esse Lactis excellentiam, contra venena vel maxime corrodentia, quod merito dubitandum sit, an praeter Lacteum humorem, tam excellens antidotum, in universa

versa rerum natura, deprehendatur, et aequali facultate splendescat.

CARDANUS etiam narrat, se quinque filios cujusdam mercatoris, qui pro deploratis habebantur, Lactis solius potu, conservasse †.

HANC sententiam etiam confirmat DIA-

In Actis Physicis Medicis, Academiae Caesariae Leopoldino Carolinae nat. curiosorum, notabile habemus exemplum, veneni cicutae solo Lacte debellati ‡.

In ventriculi morbis Lac aliquando multum prodest. Femina nobilis ruricola quae per octodecim menses dolore circa regionem ventriculi saepe acerrimo laboraverat, cum cibi fastidio et vomitu post pastum frequenti, consilium meum rogavit. Emetica, laxantia, varia stomachica et opiata, incassum antea tentaverat. Rus et Lac equinum praescripsi; et hac methodo, sine ullo alio auxilio, intra tres menses sana in urbem rediit.

PLURIMA alia exempla vidi, ubi homines ex ventriculi morbis laborantes, multis aliis re-

<sup>\*</sup> De Lact. Afinini ufu.

<sup>+</sup> Lib. 3. cap. 3. de venenis.

<sup>‡</sup> Vid. vol. x.

mediis frustra tentatis, tandem Lacte solo et victu ex Lacte parato, omnino curati suerunt.

## SECT. V.

In diarrhoea, praesertim si diutius protrahatur, mucus interiorem intestinorum supersiciem penitus tegens, abraditur. Hinc eorum
tunicae muco privatae, facile irritantur, et inslammantur, quo aeger immani cruciatu, torminibus et persaepe diris convulsionibus, a
morbi saevitia afficitur; in hoc morbo Lac
copiose exhiberi debet, melius coctione redditur; uti secundum Lemma docet, hoc modo
minus acescens sit, ideoque magis emollit, et
minus purgat.

## S E C T. VI.

Lac prodest, in omnibus morbis in quibus sanguis acrimonia aliqua contaminatur; scilicet, in ulceribus cancrosis, vel venereis; immutando humorum temperiem; sed tunc, eo din et copiose uti nos oportet; secundum lemma septimum.

PLURIMA hujus rei exempla vidimus apud varios auctores; Bened. Sylvaticus narrat \*, quod

quod solo Lacte asinino trigesies vel quadragesies poto, cancrosum cervicis uteri tumorem
feliciter subegerit; etiam, quod idem Lac, in ulcere gallico cum tabe et sebre lenta conjuncto, exoptato cum successu usurpaverit: Nec
repressit testimonium Hoffmannus; novi,
inquit, quendam militiae Praesectum Venerea
Lue et saevissimis dolorum tormentis per plures annos mirisce excruciatum et penitus sere
emaciatum, Lactis Asinini usu exoptatissimum
solatium et allevamentum percepisse.

SIMILE exemplum nuper mihi communicavit cl. D. Monro; duo juvenes ulceribus
venereis excruciati; ptyalismis crebrioribus a
propinato mercurio emaciati, profunde et
late serpentibus interim ulceribus, ejus consilium petebant. Rus et victum ex Lacte suasit,
robusti et sani intra sex septimanas in urbem
redibant: Denique haud dubito, quin plurimi alii morbi qui a mala sanguinis temperie
ortum ducunt a Lactis usu copioso curari
possint.

Dissertatio tamen nostra jam in nimiam porrecta est longitudinem, huic igitur sinem imponere oportet, et brevi fortasse tempore susua de hac re dicemus.

+ De mir. Lact. asin. in ufu.

- 1 The Designation of the